



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 12. Inficetum, non vt vulgò, Infacetum scribi oportere: ex eadem  
coniugatione cetera ad eundem modum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

Inficetum, non ut vulgo, Infacetum, scribi oportet  
ex eadem configuratione, etera ad eundem modum.

## CAPUT XII.

**C**VM iampridem in veteribus Catulli libris scriptum reperiisse,

O seculum insapiens, & inficetum: itemque

Pleni ruris & inficeriarum: &

Idem inficeto est inficetior rure:

præterieram ea omnia, tanquam errata libratoria eramque secutus vulgarem consuetudinem, quia receptum est, vt per a litteram, non per i, cuncta vocabula & scribantur, & pronuncientur. nuper autem cum ea de re paullo attentius cogitasse, planus adductus sum in eam sententiam, vt veterem illam scribendi rationem probam & incorruptam; eam autem qua vulgo nunc vtrum, prauam & corruptam iudicarem. Ut enim ab aequo, non inaequus, sed inquis: & ab amico, non inamicus, sed inimicus: sapiente, non insapiens, sed insapiens: & a facio, non infacio, sed inficio dicitur: sic a faceto, non infaceto, sed inficetum dicendum videtur. Nam illud quoque non nihil est, quod Angelum Politianum, eruditissimum & accuratissimum hominem, ita scribere fecerunt constat. Hermolaus quoque Barbarus, qui, urbs orbis terrarum lumen est, eius ipse urbis maximum lumen fuit, ita scribenda haec censuit. illud enim verba haec sunt ex emendationibus Plinius. Cum inficetus, non infacetus dicatur, auctore vel Catullo scribendum est, Inficerissime.

Corrig.